Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

israhel autem dicit. Tota die expandi
manus meas ad ꝓplm n̄ credentem
et contradicentem mi. ii. Dico g̃. Num
qd repulit ds̄ plebem suam. Absit. Nã
et ego israhelita sum ex semine abra
he de tribu benjamin. non repulit
ds̄ plebem suam quam presciuit.
iii. An nescitis in helya qd dicit scriptura.
quemadmodũ intrpellat dm̄ aduersus
israel. Dne. ꝓphas tuos occiderunt. altaria tua suffoderunt. et ego relictus
sum solus. et querunt animam meam.
Sed quid dicit illi diuinum responsum.
Reliqui mihi septem milia uirorũ. qui n̄
curuauerunt genua ante baal. Sic et
in hoc tempe reliquie secdm electionem
gratie salue facte sunt. FRA. VI. L. I.
Omnis anima potestatib̃ sub
limioribus subdita sit. Non est
enim potestas nisi a deo. Que
autem sunt a dō. ordinata sunt. Itaq;
qui resistit potestati. di ordinationi
resistit. Qui autem resistunt. ipsi sibi
dampnationem acquirunt. Nam prin
cipes non sunt timori boni opis;
mali. ii. Vis autem non timere potestatem. Bonum fac. et habebis laudem
ex illa. Dei autem minister est tibi in
bonum. Si autem male feceris time.
Non enim sine causa gladium portat.
iii. Dei enim minister est uindex in ira
ei qui male agit. Ideo necessitate subditi estote. non solum ꝓter iram.
sed ꝓter conscientiam. Ideo enim et
tributa prestatis. Ministri enim dei
sunt. in hoc ipsum seruientes. Sabbo
Reddite ergo omnib̃ debita. cui
tributum tributũ. cui uectigal
uectigal. cui timorem timorem.
cui honorem honorem. Nemini quicq
qm̄ debeatis. nisi ut inuicem diligatis.
Qui enim diligit ꝓximum. legem im
pleuit. ii. Iam n̄ adulterabis. non
occides. n̄ furaberis. n̄ concupiscies. n̄
falsũ testimoniũ dices. et siqd est aliud mandatũ in hoc uerbo instaurat.
diliges ꝓximũ tuum sicut te ipsum.
Dilectio ꝓximi malum n̄ operatur.
Plenitudo g̃ legis est dilectio. iii. Et
hoc scientes tempus. quia hora e iam
nos de somno surgere. Nunc enim p
prior est nra salus. quã cũ credidimus.
Nox pcessit. dies autem appropinqua
bit. Abiciamus g̃ opa tenebrarũ. et in
duamur arma lucis. sic ut in die ho
neste ambulemus. n̄ in comessationib̃
et ebrietatib̃. n̄ in cubilib̃ et impudicis. n̄ in contentione et emulatione.
Induimini dnm ihm xm p̃m. Doo.
Nolo uos ignorare fres. iiii. L. I.
mysterium hoc. ut non sitis
uobismetipsis sapientes. quia
cecitas ex parte contigit israhel.
donec plenitudo gentium intraret.
et sic omnis israel saluus fieret. sicut
scptum est. Yenet ex syon qui eripiat.